



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Genesius Mimus M. 25. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

25. Aug. VITÆ SANCTORUM. 533
rositatem miratur, sed castimonia libidi-
nem ristringentis pudicitiam miratur.
S. Max. in Vig. Nat.

S. GENESIUS MIMUS M.
25. Augusti.

CUM Comoedias hucusque & risum
dedisset GENESIUS, tandem po-
suit hodie soccos, & cothurnos indutus
tragœdiam & sanguinem dedit. Nempe
doctissimus Mimus, cùm mores ritus-
que Christianos ad amussim perdidicis-
set, fabulamque oculis Diocletiani dare
instituisset, æger in theatro procum-
bit, aquasque Iustrales multis gemiti-
bus suspirat. Adsunt ex composito so-
cii & undas petenti simul Imperatori
ac populo risum propinant. Interea se-
riò rem agit, aliaque spectacula GENESIO
cælum facit. ostendit bene longum
scelerum, quæ patraverat, catalogum,
atque his modò velit, spongiam baptis-
tum promittit. Hic enimvero Chri-
stum GENESIUS conclamat, &
Christianum se jactat, nimis bene si-
mulare jam doctus. Igitur risus, plausus
muneraque missa Mimi artes laudabant.
Imperator quoque ludos post ludos spe-
rans milites mittit, qui GENESIUM (Chri-
stianum scilicet) ad tribunal raperent.
Sed hic secutus ostendit reipsâ Diocletia-
no, etiam post positam personam, Chri-

Li 3 stianum

534 VITÆ SANCTORUM. 25. Aug.
stianum se esse. Tum enim verò in furo-
rem abire ille, palam fassus sanguinem
se gestire bibere GENESI. Et dedit
hic sanguinem ex equuleo pendens, fer-
reisque uncis lacer & tædis ustulatus.
Iamque ultimus actus è fabulâ restabat.
Hunc more jam apud Martyres recepto
mors gladio absolvit. Et nimis luxit
tunc Roma delicias amissas. at Superi
tunc primum Mimo etiam ipsi adride-
bant. Ex Surio & Baron.

Cesset vitiorum pruritus pestifer, dis-
cutiatur à sensibus caligo, tota pompa secul-
laris, abiciatur à mentibus mundana cu-
piditatis illusio; appetatur paupertas Chri-
sti, sanctitas animæ custodiatur, ut ima-
go Creatoris nostri portetur & clarescat in
nobis. S. Pet. Chrys. serm. 117.

S. LUDOVICUS REX C.

25. Augusti.

V Itam omnem L U D O V I C I noveris,
si leges noveris, quas sibi primò, tum
deinde filio dixit. Harum capita habe.
I. Deum præ omnibus amato. II. Pec-
catum mortiferum ceu anguem fugito.
III. Adversis ne deprimitor. IV. neve
prosperis extollitor. V. Animæ plagas
spirituali medico crebrò nudato, & me-
dicinam quamvis asperam nullam respui-
to. VI. In precandi studio assiduus esto.
VII. A-